

dem Ordinis presertim Decreti vigore designat, ac deputat infra scriptos conventus pro novitiatu conventum S. Francisci in Provincia Romana pro novitiatu conventum S. Francisci Viterbi & pro professoris conventum SS. Apostolorum Urbis Romae S. Francisci Perentini & S. Caroli Cayis in Provincia S. Francisci pro novitiatu Sac. Conventum Assisi & professoris conventum S. Francisci Peruliz, S. Fortunati Tuderii, & S. Francisci Ameluz, in Provincia Bononiensi pro novitiatu conventum S. Francisci Bononie, & pro professoris eundem conventum S. Francisci Faventie, in Provincia Neapolitana pro novitiatu conventum S. Laurentii Neapolit & pro professoris eundem Conventum S. Laurentii, nec non conventum S. Francisci Averle, & S. Francisci Mirabelle, in Provincia Marchiz pro novitiatu conventum S. Francisci Firmi & pro professoris conventum S. Francisci Urbani & S. Francisci Fani, in Provincia Licien. & pro professoris conventum S. Francisci Civitatis Licien. & pro professoris conventum S. Franc. Bitunni & S. Francisci Andree, in Provincia Mediolanensi pro novitiatu conventum S. Franc. Mediolani & pro professoris eundem conventum S. Francisci nec non Conventum S. Francisci Sacomi & S. Franc. Gallerati, in Provincia Ferruz pro novitiatu conventum S. Crucis Florentiz & pro professoris conventum S. Franc. Pifarum, S. Francisci Senarum & S. Franc. Pistori, in Provincia Genuensi pro novitiatu conventum S. Francisci Genue, & pro professoris Conventum S. Franc. Taurni, S. Francisci Papie & S. Francisci Castri novi, in Provincia S. Bernardini pro novitiatu conventum S. Franc. Therami & pro professoris conventum S. Francisci Aquile & S. Francisci Sulmoniz, in Provincia Calabriz pro novitiatu conventum S. Francisci Arenz & pro professoris Conventum S. Francisci Montis Leonis & S. Francisci Ieratti, in Provincia S. Angeli pro novitiatu conventum Ierniz, & pro professoris conventum S. Francisci Troje & S. Francisci Foggie. In quolibet autem ex praedictis Conventibus pro novitiatu, ut praefertur, designatis eadem Sacra Congregatio impetravit licentiam hac vice tantum recipiendi novitios intra numerum hic praefixum, nempe in Provincia Romana decem clericos seu choristas & duos laicos seu conversos, in Provincia Neapolitana decem clericos & duos laicos, in Provincia Bononiensi decem clericos & duos laicos, in Provincia Marchiz decem clericos & duos laicos, in Provincia Etruz decem clericos & duos laicos, in Provincia Mediolanensi decem clericos & duos laicos, in Provincia Genuz decem clericos & duos laicos, in Provincia Calabriz septem clericos & laicum unum, in Provincia S. Bernardini quinque clericos & laicum unum, in Provincia S. Angeli quinque clericos & laicum unum, dum tamen haec que sequuntur, inviolate observentur. Primum indicatur, & in singulis dictarum Provinciarum conventibus publicetur futurum examen, seu scrutinium eorum qui ad habitum probationis recipi postulaverint, omnesque a Provinciali & Definitoribus diligenter examinentur, ac per vota secreta approbentur quotquot idonei reperti fuerint natalibus, aetate, vita & moribus antea, litteratura respectu clericorum, corpori habitudine, impulsu spiritali, aliisque requisitis ad praescriptum Apostolicarum Constitutionum, ac statutorum Ordinis, non idonei vero rejiciantur, nec aliqui approbentur pro clerico, qui decimum quintum nec pro laico, qui vigesimum aetatis suae annum non expleverit. Tum deinde hoc examen, seu scrutinium scripto fideliter exaratur & manu propria cuiusque examinatoris subscriptum ac juramento firmatum obfirmatumque primo quoque tempore transmittatur ad Generalem, qui statim confidat, atque adhibitis Procuratore generali ac Patribus gravioribus, qui ei assistant, scrutinium sic receptum accurate percurrat, ac per singulas partes expendat; ac praeterea tam per supradictos, quam per litteras familiares & secretas inquisitiones a Patribus Provinciae antiquioribus, ac zelum Dei habentibus affumendas sedulo investiget num ad verus examinatos & approbatos inveniantur aliqua exceptio, aut ipsorum quispian sit consanguineus, vel affinis, amicus, aut quoquomodo addictus alicui examinatori aut alteri ex Patribus Ordinis & an zelo perfectionis vitae & Deo liberius in sancta Religione serviendi, an potius levitate aut necessitate vel alio sine in ordinato ductu possit admitti. Hisque peractis ex omnibus ut supra approbati idem Generalis cum aliis supra dictis intra numerum novitorum pro clericis & laicis in illa Provincia ut ita


pra concessum, praesertim meliores, habita praefertim ratione indolis, morum, fervoris spiritus, acutis ingenii, & conditionis natalium, moxque praedictorum nominis mitat ad Provinciale, qui tunc demum & non prius eisdem praedictis ad habitum probationis suscipiat & anno elapso si eos habiles invenit ad professionem admittat sub exacta tamen vice communi ad praescriptum regulae, non obstante quavis leniori consuetudine, seu potius corruptela in contrarium introducta, servataque forma sacrorum Canonum Concilii Tridentini & Constitutionum Apostolicarum ac praesertim Decretorum seu. mem. Clementis Papa VIII. nec non statutorum praedicti Ordinis. Quod si aliquis ex dictis novitiis ante professionem ad religionem discedere, aut expelli contigerit alius in ejus locum subrogari possit dummodo tamen in omnibus servetur forma superius praescripta. Sed & illud omnino cavendum erit ne a volentibus ingredi religionem pro ipso ingressu, nec post factum habitum probationis pro admissione ad professionem vel alio quocumque praetextu, excepto vicia & vicia novitii illius temporis, quo in probatione est, ab ipso vel ejus parentibus aut propinquis curatoribus aliquid accipiatur sub penis per sacros Canones & Tridentinum Concilium statuta. Ceterum ut praedicti noviti postquam in profectum numerum, ut praefertur, recepti fuerint, melius in bono spiritu, regularique disciplina observantia stabiliantur & continentur, statim post professionem emittant, si in Conventu pro Novitiatu, ut supra assignato locus adent secundo novitiatus, seu profecti ubi ea que novitorum est, atque antiquorum professorum habitatione distincta & segregata, hic collocentur, si conventus eos alere queat, sin minus transferantur in alium conventum ex designatis pro professoris, seu secundo novitiatu, ubi si locus cum requisitis ad novitiatum ipsum praescriptis reperitur, vel accomodetur, aut de novo constitatur, ita tamen ut si praedicta majori ex parte constituta, seu institutionum vigore majori temporis curia nova profectio intra novitiatum detineri consuevit, illis in hac parte minime derogatum esse intelligatur, & nihilominus permittitur superioribus, ut id ipsum facere possint, si rationi ac religioni magis expedire judicaverint. In quo quidem profectio debeat sub regula & modo vivendi ad huc strictiori, quam servent antiquiores profecti, ita ut nec in negotiis Conventus se intromittat, nec communibus tractibus interesse, neque alterius exterioris obedientiam officium exercere debeant hic, quae permittant quousque ad statum sacris Ordibus suscipiendum sufficientem pervenerint, vel saltem per triennium post professionem, quo etiam tempore poterunt, quia imo & debebunt litterarum studium operam navare sub directione & regimine superioris; qui eam qualitates habeat, quibus novitorum magistrum praedictum esse oportet, quemadmodum ipse Clementis Decreto providere sancitum est. Porro in conventibus tam pro primo quam pro secundo novitiatu, ut praefertur assignatis, nec superior, nec novitorum magister, nec familia religiosorum constituantur vel amoveatur, nisi ab ipsemet Generali, consilio Procuratore generali ac patribus gravioribus et assistentibus nec non Provincialibus, ac Definitoribus, neque in eis collocentur nisi religiosi graves, devoti, exemplares & regulariter observantiae ac puritatis regule studiosi, praecipue vero caveatur ne hic ponantur aliqui, qui non consentiant servare vitam communem que in praedictis conventibus ad regule praescriptam exacte observetur, indeque amoveantur qui tam sanctae ordinationi contradicere, aut quoquo modo se opponere auli fuerint. Ad extremum postquam noviti in profectum numerum, ut supra cooptati fuerint, superiores regulares, ad quos pertinet illud S. Congregationem edocent supra dicta omnia & singula fuisse ad unguem adimpleta & executioni mandata; aliqui penes in memoratis Decretis Clementis VIII. fel. rec. statuta se subituros, ac novae licentiae recipiendi Novitios nequaquam fore impetratos certo sciant. Non obstantibus quoad praemissa omnia & singula Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis nec non praedicti Ordinis Statutis, Consuetudinibus & Privilegiis ceterisque omnibus quibuscumque. Datum Romae die 5. Novembris 1654.

B. Card. Spada.

Loco Sigilli.

P. Fagnanus S. Congr. Secr.

Hic huc usque peractis, Innocentius, sicut Domino placuit, viam universae carnis ingressus est Romae die 7. Januarii 1655.



NE CLERICI VEL MONACHI.

Innocentius III. Esculan. Episcopo.

CAPUT VIII.

Sicut te accepimus referente: & infra. Fraternitati tuae mandamus, quatenus clericis in sacris ordinibus constitutis, tabellionatus officium per beneficiorum subtractionem, appellatione postposita, interdicas.

SUMMARIUM.

- Clerici in Sacris compellendi sunt per Beneficiorum subtractionem, ut desistant a Tabellionatus exercitio.
- Veneri olim non habebant nym Tabellionum, sed Praebiteri consuebant instrumenta.
- Hodie fecerit.
- Tabellionatus Officium non potest Clericis interditi auctoritate laicali, sed Ecclesiastica tantum & n. 5.
- Tabellio factus Clericus non perdit ipso facto Tabellionatus Officium.
- Idem si fiat Religiosus Decurion vel Advocatus.
- Notarius ipso jure privatus Officio non potest valida instrumenta conficere.
- Requiritur tamen declaratoria super facto.
- Tabellionatus Officium cur non liceat Clericis exercere & n. seqq.
- Tabellionatus exercitio est genus negotiationis & n. 15.
- Clerici etiam in Sacris, si exeant, possunt honestam negotiationem exercere, ac provide etiam Tabellionatus Officio ut ibid. & n. 23.
- Juramentum fidelitatis prohibet Clericis praestare laico a quo nihil habet majorem.
- Tabellio est servus publicus.
- Notarius est vice Officium.
- Clerici vocare debent Republicam Ecclesiasticam, non mundanam.
- Notarius cum quis creatur, qua debeat jurare & n. seqq.
- Notarius requirit solus sub pua Officio, ut instrumentum conficiat; quod si non fecerit, est perjurus.
- Notarius tenetur abbreviatorum seu matricem in suo Cartulario ponere.
- Juramenti forma a Clemente V. praescripta in creatione Tabellionum & n. 55.
- Tabellionatus Officium quibus Clericis interdicitur & n. seqq. usque ad n. 33.
- Quid in Clericis Sacrorum Ordinum beneficiatis.
- Et quid in non beneficiatis & indigentibus.
- Et quid in Clericis minorum Ordinum beneficiatis obtinentibus n. 26.
- Et quid si beneficium non habeant sed patrimonium sufficientis n. 27. & seqq.
- Et quid si exeant n. 28.
- Tabellionatus Officium an prohibeatur Clericis causati, quatenus velint beneficium retinere, an vero praesertim.
- Argumentum a contrario sensu aliquando vocat & n. 29.
- Clericis habentibus unde vivunt, seu ex beneficio suo ex patrimonio, negotiari non licet.
- Tabellionatus Officium Regularibus exercere non licet nisi in casu heresi & n. 61.
- Privilegium tamen Apostolicum super hoc Regularibus concessum, nullo Tridentini Decreto est revocatum.
- Tabellio factus Clericus vel Monachus potest veteri rogatione supplere & authenticare.
- Instrumenta a Notariis Clericis conficienda, an valeant & n. seqq. usque ad n. 42.
- Et quid post interdictum Notariatus Officium & n. 57.
- Officium cui interdicitur & execratio.
- Interdictum Praetoris non debet esse elusivum.
- Contractus initi cum prodigo post Judicis interdictum non valent.
- Gesta ratione publici Officii non tenent post interdictum superioris & n. 40.
- Ignorantia allegari non potest ubi publica emanavit prohibitio.
- Penae appositae alicui a jure prohibito non confirmat actum contra prohibitionem attentatum.
- Notarii an possint creari ab Episcopo.
- Notarii creati a Papa vel Imperatore possunt Officium exercere per totum orbem & n. 45.
- Princeps solus potest effigere ut creentur palli mortua.
- Notarii in suo Regno vel Provincia creare possunt Reges & Principes non recognoscentes Superiorem.
- Item Comes, Barones & alii feudatarii in suis Territoriis.
- Item Universitates seu Magistratus.
- Item quilibet Prelatus in Terris sua Jurisdictionis.
- Notarii creati ab Episcopo in Regno Francia, appellantur jurati.
- Notarius erandi auctoritas Episcopo tributa extra Diocesim non extenditur & n. 45.
- Notarii non possunt conficere instrumenta extra Territorium constitutis nisi de licentia illius ad cuius jurisdictionem declinant.
- Conficta tamen intra Territorium faciunt ubique plerumque validum.
- Notarius creare est actus voluntariae jurisdictionis & in subditis exerceri potest etiam extra Territorium.
- Notarii creati ab Episcopo auctoritate Papae possunt Officium exercere ubique Terrarum.
- Tabellionatus Officium an Clericis exercere possint in causa Ecclesiastica seu Spiritualibus coram Ecclesiastico Judice & n. seqq. usque in finem.
- Notarius laicus non potest in Spiritualibus & Ecclesiasticis instrumenta conficere.
- Contrarium n. 62. & seqq.
- Notarius quandoque accipitur pro Scriptore.
- Servus non potest esse Notarius.
- Papa vel Concilium admittendo Clericos ad Tabellionatum exercendum aut Officium triuendo, videtur eos habitare & n. 68.
- Tabellionatus Officium in causa heresi exercere possunt Religiosi & Clerici etiam in Sacris & beneficiatis.
- Cancelarius seu alicuius Episcoporum ubique sunt laici.
- Notarii quibuscumque minoris rationis aut in Officio delinquantibus Episcopi ad tempus vel in perpetuum prohibere possunt ejus Offici nym in Spiritualibus & Ecclesiasticis.
- Laici ex Concilio Tridentino possunt esse Notarii in negotiis, litibus & causis Ecclesiasticis ac Spiritualibus.
- Notarii Episcopi prohibere non possunt exercere Officium nym in negotiis & litibus praesentis coram Judice laico in Terris Ecclesiae.
- Potest tamen quoad negotia & lites locorum piorum a laicis Administratum.
- Item quoad contractus personarum Ecclesiasticarum super eorum bonis patrimonialibus.

nis. Gist et ceteris habet privilegium à Sede Apostolica, ut duo Regularis et illius Priori electi pro rebus ad ipsum Conventum spectantibus; & quod inter eos, seu in eisdem Conventibus gerantur pro tempore alium, seu alios illius, vel illorum loco per petuo creare, eosque de notariatus, seu tabellionatus officio huiusmodi per penam & calamare invellere, recepto ab eis primitivo juramento, quod officium ipsum bene & legaliter exerceant, liberè & licite valeant, quantur an Concilium o bilet, quominus huiusmodi Regularis dicti privilegii vigor e tabellionatus officium exerceant eo modo, quo in literis Apostolicis exprimitur, Sac. Congregatio censuit non obitare atque huiusmodi privilegium nullo ejusdem Concilii Decreto revocatum esse.

32 Ceterum etiam tabellio factus Clericus, vel Monachus extra præd. duo casus non possit novas rogationes assumere, poterit tamen veteres complere & authenticare, l. Alienationes, ff. Familia hereditaria, l. 1. §. Cajum, & §. Quamvis autem, ff. de postul. l. Nam & Servius, §. Si vivo Titio, ff. de negot. gest. ad idem c. Judai, si primo, infr. de Judai; & tenet Speculat. in rubr. de stat. Monach. vers. 27. gloss. in d. c. Ut officium, §. Ad conscribendas, in ver. Præmissa, de heret. lib. 6. Calder. loc. cit. & Henr. hic n. 4. Navar. com. n. 2. de regular. n. 42. Covar. pract. quasi. c. 19. n. 8. vers. Monachus, Jus. in l. 1. §. Hujus studii, n. 8. vers. Secundò limite, ff. de just. & jur.

33 Quare Quæro, An valeant instrumenta à Clericis tabellionibus confecta.

34 Cum ex hac Decretali interdiciendum sit Clericis tabellionatus officium, ergo antequam eis interdiciatur, valeant instrumenta, postea vero non, ita per hanc litteram arguit Innoc. hic in prin. quem sequuntur Abb. Antiq. itidem in prin. & Collectar. n. 1. Idem Bart. conf. 61. Filias familie, n. 1. lib. 1. & Jus. in d. l. 1. §. Hujus studii, n. 8. vers. Limita antequam, ff. de just. & jur. & potest esse ratio, cur post interdictum non valeant, quia ex quo interdicitur officium, ergo & executio, arg. c. Postorali, §. 1. de appellat. secundum Host. num. 8. in ver. Interdictas, aliis interdictum prætoris foret elusorium, quod esse non debet, l. Si prætor, ff. de judic. c. Commissa, §. Porro, de elect. lib. 6.

Tu adverte, nam quoad primum membrum distinctionis cum Innoc. conveniunt omnes, ut scilicet ante interdictum valeant instrumenta à Notariis Clericis confecta, idque procedit etiam tabellio Clerico confecer instrumenta in temporibus; nam etsi à talibus debeat abstinere, nihilominus hanc facerent, arg. eorum, qua leg. & not. in cap. Per venerabilem, §. Nationibus, infra qui filii sint legitimi, secundum Host. hic n. 5. in fine; & n. 7. vers. E converso, Jo. And. n. 3. vers. Sicis esset in instrumento, Butr. n. 4. vers. Secus dicitur, Anchar. n. 3. vers. Licet i converso, & Card. n. 8. in ult. quasi. ubi aliter hoc esse sine dubio.

Verum quoad secundum distinctionis membrum, videlicet post interdictum, quidam distinxerunt an hac prohibito pervenerit ad notitiam contrahentium; & tunc instrumenta non valeant; alioquin excuset probabilis ignorantia; & quantum tabellio indignè conficiat instrumenta quantum ad se, non tamen quantum ad alios, qui ignorant, ad hoc c. 1. & 2. supra de ordinat. ab Episc. & c. ult. de cohabit. Clericor. & mulier. Sed alii, ut Host. hic n. 8. circa fin. vers. Tu dicis, Jo. And. num. 1. vers. Tu dic indistinctè, Boich. in prin. Butr. n. 2. vers. Joan. Andr. dicit, & Card. n. 5. tenent indistinctè instrumenta valere sive ante, sive post interdictum confecta fuerint, licet conficiens post interdictum privari possit beneficio, nam hæc sola pena hic imponitur, ergo alim invenire non debes, l. At si quis §. Generaliter ff. de relig. & sumpt. funer. l. 2. §. Non perpetua ff. de sepulchr. viol. sed potius in postquam molire, c. in parvi de reg. jur. lib. 6.

35 Mihi placet distinctio, quam hic ponunt Petr. de Anchar. n. 6. & 7. & Abb. n. 11. & ante eor Speculat. in tit. de instrum. edit. §. Restat. n. 29. & sequuntur Rosella in verb. Tabellio n. 7. Silveit. in eod. ver. qu. 3. dist. 5. & alii, quos refert; & approbat Covar. pract. quasi. c. 19. n. 8. vers. Quod si Sacerdos, videlicet, Aut publicè, & per edicta solemniter publicata interdictum est Clericis ne possint instrumenta conficere inter laicos, itant huiusmodi prohibito cunctis innotuerit & tunc non valent instrumenta postea celebrata, sicut non valent contractus initi cum prodigio post judicis interdictum, ut l. si cui bonis ff. de oblig. nec tenent gesta ratione publici officii post interdictum superioris, ut

36 in c. veritatis & in c. fin. de dol. & contum & notat Innoc. in c. Rainaldus de restam. neque enim potest allegari tolerantia, ex quo publicè emanavit prohibitio, ut in c. Apostolica & c. Illud de Cleric. excomm. minist. & in c. 2. de consist. lib. 6. & in c. Quod dicitur 16. dist. nec obstat si dicat hanc prohibitionem hodie omnibus factam esse in hac Decretali, quoniam verè hic nulla fit prohibitio, sed jubetur fieri per

37 Superiorem, magis autem afficit interdictum Judicis quàm legis, & antequam à Judice interdictum fiat, Clericus videtur tolerari in Officio Tabellionatus, undè valere debent

gesta ratione publici Officii, ut de Decurionibus & Advocatis hoc Officium exercentibus notat Bartol. in l. Universos n. 2. col. de Decurion. lib. 10. in sum interdictum non fuerit palam & publicè factum, tunc tenet quidem interdictum in præjudicium Clerici cui factum est, ita ut propter Beneficium privari possit, ut hic, sed non quoad partes ignorantes, undè respectu ipsarum tenebunt gesta ratione publici Officii, ut in iuribus præallegatis. Non obstat quod conficiens instrumenta contra interdictum, puniatur hic sola pena subtractionis Beneficii & aliam invenire non liceat ut in contrario, quoniam, ut respondet Anchar. pæne apposito actui à jure prohibito non confirmat actum contra prohibitionem attentatum, ut plene notat Bart. in l. Aut Prætor. n. 3. ff. de nov. oper. nuntiat. & Doctores in l. Non dubium, eod. de leg. & annullatio instrumenti propter carentiam Fidei, non concernit ipsam Clericum Tabellionem, sed partes quibus prohibitio facta est.

Quintò quæro an Episcopos possit creare Tabelliones? Quamvis solus Papa & Imperator possint creare Notarios, quia ut credatur peli animalis mortui, et contra jus cui solus Princeps Supremus potest derogare, ut per Innoc. in c. cum P. Tabellio n. 1. ver. Nobis autem videtur aliter supra de file instrum. & Oldrad. conf. 75. quis possit in prin. tamen hoc intelligitur quoad effectum ut Notarij ut præfatur creari, possint officium suum exercere per totum Orbem, ut declarant Domini de Rota dec. 5. incip. Instrumenta confecta de file instrum. in novis & Bellam. conf. 42. Dominus Hugo n. 2. & seq. ver. Circa hæc duo.

Ceterum in suo Regno vel Provincia sicut Notarios creari possunt Reges & alii Principes non recognoscunt Superiorem secundum Innoc. loc. cit. & Oldrad. d. conf. 75 in prin. ver. Videtur talis & Felin. dicentes hoc esse clarum in d. c. cum P. Tabellio n. 14. item Comitem, Barones & alii feudatarii in suis territorijs, Bellam. d. conf. 42. n. 4. §. 6. & quilibet Universalis habens potentatem dandi jurisdictionem ordinariam secundum Host. in d. c. Cum P. Tabellio num. 5. quem hic sequuntur Joan. Andr. n. 4. Bellam. num. 28. & 30. Butr. col. 1. Imol. qui de comuni tellatur numer. 48 & Felin. n. 14. & de magistratu probat Bart. in l. Nec est §. 1. num. 6. ff. de adopt. ita & quilibet Episcopus vel Ordinarius hoc potest intra suam Diocesim, arg. cap. Quoniam contra de probat. cap. Monachus 77. dist. 5. cap. 1. de simon. ubi sic firmat Hostien. n. 2. Joan. Andr. num. 3. Bart. n. 4. Card. n. 1. & Joan. de Aman. num. 9. ad fin. in ult. not. & idem Host. hic num. 5. vers. Quid ergo, Speculat. in tit. de instrum. edit. §. Restat. num. 22. vers. Sed quis potest, ubi de quolibet Prelato in terris sue jurisdictionis, Felin. in d. c. Cum P. n. 14. vers. Imò refert de egregie probat Oldrad. in præalleg. conf. 75 in prin. ver. Sed Host. Qui quidem Notarij creati ab Episcopo appellantur jurati & multi similes esse in Regno Francia attestat Bellam. de conf. 42. n. 2. vers. Circa hæc duo n. 3.

Dixi Episcopos posse tabelliones creare intra suam Diocesim; quia illius auctoritas circa hoc officium interposita extra Diocesim non extenditur, quamvis enim officium tabellionatus non tantum judiciale, sed extra judiciale sit, quia & extra judicium exerceri potest, tamen auctoritas & actus constituendi & creandi judicialis est, ad hoc l. fin. ff. de jurisd. univ. judic. c. Omnes Basilic. 16. qu. 7. & ita hic declarat Host. n. 6.

Ex hoc inferitur, ut si illi, qui potestatem habent creandi Notarios, creaverint aliquos, non possint tales conficere instrumenta extra territorium constituentis, nisi de licentia, illius ad cuius jurisdictionem declinat secundum Host. n. 7. vers. Quod ego dixi, & Rota in præalleg. dec. 5. de file instrum. in novis; sicut intra territorium confecta faciant ubique locorum plenam fidem, secundum Anchar. hic n. 3. vers. Et inferunt ista dicta, & Rota ubi supra, de quo dic ut per Bart. in l. Cunctos populos n. 35. de Summ. Trinit. & fide Catholica, in præalleg. tamen aliter loquitur Felin. in d. cap. Cum P. Tabellio n. 14. in fin. de file instrum. ubi ait, actum creandi notarios esse voluntarij jurisdictionis & ideo quoad fraudis exerceri posse etiam extra territorium, per ea quæ notat Baldus in l. 2. ff. de offic. pro conf. & Legat.

Sed conclusioni superius firmate videtur ob stare, quòd Clement V. ad supplicationem multorum Archiepiscoporum qui Vieniam conveniant ad universale Concilium in compensationem laborum concessit facultatem concedendi tabellionatus officium duabus personis, quas ad illud post diligentem examinationem idoneos reperissent, ut tom. 3. Concilior. far. 2. pag. 780. hæc enim indulgentia fuisse frustratoria, si de jure hoc eis competere, ut arguit gloss. in c. 1. supra de resp. n. nam frustra precibus impetratur, quod de jure communi conceditur, l. 1. & hic gloss. penult. c. Quibus non obic. long. temp. præscript.

Sed responderi potest hæc concessam fuisse Episcopis facultatem, quam de jure non habebant, scilicet creandi tabelliones auctoritate Papæ qui ubique terrarum possent officium exercere, secundum et, quæ dixi supra n. 43. quod patet cum ex illis verbis, auctoritate ipsa, cum quis præcipitur hic, ut prædicti tabelliones fuerint fidelissimi Papæ; jura formam cap. Ego n. de jur. jur. & ita indultum non fuit superfluum.

Ne Cler. vel Monachi, c. Sicut te.

60 Sexto Quæro, An Clerici possint in causis Ecclesiasticis, seu spiritualibus coram Ecclesiastico iudice tabellionatus officium exercere.

Glossa in hic vers. Sed nunquid, movet hanc questionem; & arguit primò ad partem negativam ex hoc c. quod simpliciter præcipit hoc officium Clericis interdici, nec distinguit an in causis temporalibus, vel Ecclesiasticis, ergo generaliter & indistinctè est intelligendum; c. Si Romanorum 19. dist. cum concord. in gloss. allegatis, deinde arguit in contrarium, per c. Quoniam frequenter de probat. & cap. Maltor. 27. q. 2. & nihil determinat; Joannes verò, & Philippus hic relati per Joan. And. n. 8. tenent secundum opinionem affirmativam, & idem Gotfridus per cap. Quidam 5. q. 1. ubi Clericus potest esse Notarius Papæ, item Episcoporum & Archiepiscoporum, ut in d. c. Maltorum; & in c. Monachus 77. dist. loquitur Host. hic n. 3. vers. Quid ergo per jura alleg. & per c. 1. de simon. ubi disponitur, ut non solum Episcopos, sed etiam Notarios debeat cavere à simonia, quod intelligi debet de Notario suo, cui scilicet Episcopos hoc officium committit, & ad hoc deputato, de extraneo enim nulla fuisset dubitatio; & in Notario Episcopi intelligunt hæc Decretalia Innoc. Host. Joan. Andr. & alii, ut hic dixi n. 18. & hæc partem dicunt esse veram Butr. hic n. 8. & veriorum Anchar. n. 2.

Pro qua ratione videtur multum argui, quòd cum Episcopi possint creare Notarios in sua Diocesi, ut ex command sententia firmatum est in præcedent. quæst. hoc utque videtur necessarium intelligendum de clericis, prout intelligitur Host. & alii, quia cum Notarius laicus non possit in spiritualibus & Ecclesiasticis instrumenta conficere, secundum opinionem, quam dicunt esse veriorum Host. hic n. 6. vers. Nunquid, Joan. And. n. 3. Butr. n. 4. & Anchar. eod. n. necesse est dare personam Ecclesiasticam, quæ huiusmodi instrumenta conficere possit; & alioquin adus spiritualis careant hoc genere probatorum per instrumenta, contra textum in Extrat. Debet circa median, vers. Propter quos de vice Ordinarij & potestas Episcoporum creandi tabelliones ellet plene inanis & elusoria, quod esse non debet, cap. Commissa §. Porro, de elect. lib. 6.

Sed contrarium opinioem, id est Clericos, nec in causis Ecclesiasticis posse exercere officium tabellionatus, tenet Vine. per hanc Decretalem, quæ loquitur indistinctè, & ad cap. Maltorum, alleg. in gloss. respondet, Notarium hic accipi pro scriptore, ut respondit in l. 3. cap. Commun. de legat. ubi tenentur quinquaginta solidi solvantur, & gloss. in verb. Notarius, exponit, id est scriptorem, cum tuleris non possit esse Notarius, ut l. Generali Cod. de tabularis n. 10. eandem opinionem amplius loquitur Speculat. in tit. de instrum. edit. §. Restat. n. 28. & Cardin. hic in c. quasi. dicens hoc dictum videlicet esse communis; & respondet ad d. cap. Quoniam de probat. alleg. in gloss.

In hac contrarietate Abb. hic n. 6. vers. Ego distinguam, tenet hoc dictum officium, videlicet, An Clerici exerceant & debent tabellionatus officium coram Papa, vel in ejus Curia, nam Pontifex admittit, præsertim si ab ipso illud obtinuerint, nam Pontifex admittendo, vel officium tribuendo, videtur eos habilitate ad illud exercendum; arg. l. Idem Ulpianus ff. de except. tutor. facit quod de Notariis Cæsar. Tit. deim infra n. 68. aut hoc officium exercet in alia Curia, vel extra locum in spiritualibus & Ecclesiasticis; & tunc aut habent competentem beneficia & debent à tabellionatu abstinere, cum in hoc cap. indistinctè id eis prohibetur; & quia hoc est quoddam negotiorum genus Clericis interdiciendum, ut gloss. dicit; aut indigent & sunt admittendi; & sic putat jura diversa posse ad concordiam reduci. Sed contra hæc dicit Abb. est text. in cap. Ut officium §. Ad conscribendas de heret. lib. 6. inducendum eum, ut statim dicam.

Ego indistinctè adhareo secundæ opinioni negativæ Vincentii & sequacium, quam puto verissimam, per text. in d. §. Ad conscribendas, nam hic, conceditur quibusvis Clericis officium tabellionatus habentibus etiam in jura Ordinibus constitutis potestati exercendi officium ipsius in causis fidelis, non obstante statuto contrario Canonis. Ex quo tenet multipliciter constat non licere Clericis exercere tabellionatus officium in aliis causis spiritualibus. Primo, quia hæc potestas hic datur Clericis per modum indulti, seu privilegii, ut inquit verb. Concedentes; & ergo prius id erat eis interdiciendum, alioquin quid opus fuisset concedere quod jure communi competebat, l. 1. & hic gloss. penult. c. Quibus non obic. long. temp. præscript. Secundo, quia speciale est in causa fidelis, ut Clerici fangi possint tabellionatus officio favore fidei, ut hic disponitur, ergo contrarium est regulare, l. Quod verè contra; & l. Jui singulari ff. de legibus, Card.

hic n. 3. in fin. Tertio, quia hæc indulgentia conceditur Clericis restrictivè in causis fidei tantum, ut innotuit illa verba, Quoad præmissa. Ergo in aliis causis spiritualibus confertur eis denegata gloss. in cap. Qualls in verb. Negatur §. 3. dist. Quarto demum, quia eadem indulgentia datur Clericis in causis fidei non obstante contrario statuto Canonis, & gloss. hic, in verb. Canonis, exemplificat per hanc Decretalem, Sicut te. Ergo hæc Decretalis obstat, quominus Clerici possint esse tabelliones in causis hæreticis, alioquin hic Canon non esset statutum contrarium, ut hic dicitur, nec fuisset opus illis derogare, cum derogatio non fiat nisi ad contrarium, cap. 1. de consuet. lib. 8. cap. Ex parte supra de cassell. Monach. Undè jure optimo Gemini. hic in 6. not. Ex eo textu notat Religiosos & Clericos incalescentes licet in sacris non possint exercere officium tabellionatus, licet autem fuerint Notarij, etiam in causis verboribus coram iudicibus Ecclesiasticis, ut probat ille textus, dum eis id concedit in casu illo speciali, quo textu etiam dicitur dicitur dicitur Abbat. de qua supra n. 64. quia hic non distinguitur, an Clerici sint beneficiarii, necne, sed simpliciter eis datur hæc potestas in causis fidei dicitur, & quando indigent, possunt esse tabelliones etiam in causis temporalibus, ut patet ex dictis supra n. 11. 13. & 28. & adde quæ scripsi in cap. 1. in 4. quasi. supra eodem.

Nec obstat, quòd licet non possint esse tabelliones in causis Ecclesiasticis, idque necesse sit dare personam Ecclesiasticam, quæ in eisdem causis hoc officium exerceat, ne alioquin potestas Episcoporum creandi Notarios sit frustratoria. Nam respondetur negando affirmatum; imò enim licet possint esse tabelliones etiam in causis spiritualibus & Ecclesiasticis, ut scripsi pæne in c. Quis num. 19. supra de elect. & hæc est ipsa veritas, ut inquit Bald. in c. Decretalis num. 15. gloss. de judic. & sui opinio Composit. licet & aliorum in c. Quia contra de elect. n. 11. & veriorum dicit numer. 19. vers. An autem laicos, quæ etiam servaverit de consuetudine, ut fatentur Host. & Joan. Andr. supra citati num. 57. nam ubique locorum auctoritas, seu Cancellarij Episcoporum sunt Laici. Et nuper ex decreto Congregationis à Sanctissimo Domino Nostro Innocentio X. ablegatus est Cancellarius Laicus ad Curiam Archiepiscopali Beneventani.

Denum quoad hoc omnium dubitationem subsistit Concilium Tridentinum in c. 10. sess. 22. quo tribuitur facultas Episcopis etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegatis examinandi quoscunque Notarios, etiam Apostolicæ, Imperialis, aut Regis auctoritate creati fuerint, etque minus idoneos repertos, aut in officio delinquentibus prohibendi in perpetuum aut ad tempus officij ejus usum in negotijs, licetibus & causis Ecclesiasticis & spiritualibus. Ergo S. Synodus evidenter supponit Notarios Imperialis, vel Regis auctoritate creatos & sic licet ante prohibitionem Episcopi posse huiusmodi officium exercere, etiam in spiritualibus & Ecclesiasticis, cum privato supponat habitum, l. Ditem ff. de verb. oblig. cum concord. & patet ex dictis supra n. 6. alioquin pena Concilii esset frustratoria contra textum in c. Commissa §. Porro de election. lib. 6. & l. Si Prætor ff. de judic. ut per Host. hic n. 8. Item ex dicto cap. 10. ita demum Notarij prohiberi possunt officij uti in spiritualibus & Ecclesiasticis, si prævio examine reperiantur inhabiles, aut in officio delinquentes. Ergo ceteris hoc intelligitur præmissum ex regula, l. Cum Prætor ff. de judic. & cap. Nonne de presumpt.

Et cò magis, quis eum dubitasset Episcopus Recanoten. ad ex sess. 22. cap. 10. Cum ex Notariis, & c. hic; Possit Episcopus illis non idoneis reperto, & c. potest etiam exercendi usum prohibere in negotijs & libris profanis coram Judice Laico in terris Ecclesiæ. Sacra Congregatio censuit non posse, quia Concilium loquitur de causis Ecclesiasticis & spiritualibus tantum, ergo non intellexit de libris profanis neque coram laico.

Rursum cum ellet questio an facultas prohibendi Notarios minus idoneos reperto, ne in negotijs & causis Ecclesiasticis & spiritualibus suum officium exerceant, Episcopi tributa Decreto Concilii cap. 10. sess. 22. etiam quoad negotia, & licet locorum priorum à laicis administratorum tributa intelligatur.

Item an eisdem facultas extendatur ad contractus perforturatum Ecclesiasticarum quæ de eorum patrimonialibus bonis conficiuntur; præsertim si ante confectum, & quod causa huiusmodi eorum honorum ratione ad fore Ecclesiasticum spectent.

Die 1. Decembris 1588. S. Congregatio Concilii primum censuit intelligi tributam.

Ad secundum extendi.

Adde quod ipsiusmodi Concilii Tridentini duo fuerunt Notarii unus laicus & alter Clericus, ut patet ex eorum subscriptionibus, quæ habentur in calce Concilii; & sic Jungi; quod dixi supra num. 69.

NE CLERICI, VEL MONACHI

Idem Innocentius III. in Concilio Generali.

CAPUT IX.

Sententiam sanguinis nullus Clericus dicat, aut proferat, sed nec sanguinis vindictam exerceat, aut ubi exerceatur, interfuit. Si quis autem hujusmodi occasione tum, Ecclesiis vel Ecclesiasticis personis, aliquid præsumperit inferre dispendium per censuram Ecclesiasticam compescatur. Nec quisquam Clericus litteras dicat, aut scribat pro vindicta sanguinis destinandas. Unde in curiis principum hæc sollicitudo non Clericis, sed Laicis committatur. Nullus quoque Clericus ruptarius vel ballistarius, aut hujusmodi viris sanguinum præponatur: nec ullam chirurgiæ artem Subdiaconus, Diaconus, vel Sacerdos exerceat, quæ adustionem vel incisionem inducit: nec quisquam purgationi aquæ ferventis vel frigidæ, seu ferri candentis, ritum cuiuslibet benedictionis, aut consecrationis impendat, salvo nihilominus prohibitionibus de monomachis five duellis antea promulgatis.

SUMMARIUM.

- 1 Clerici prohibentur omnia illa ex quibus sequitur vel sequi potest vitæ amissio vel sanguinis effusio.
- 2 Clericus nec dicere, nec proferre sententiam sanguinis debet, nec quidquam aliud exercere, per quod ad vindictam sanguinis tendatur, nec purgationi vulgari opem

ferre.
3 Irregulares sunt testes, Judices, Officiales, Assesores, Advocati, Medici & Chirurghi consilium vel auxilium aut causam præbentes ad mortem vel membri mutilationem remissivæ.

Sententiam. Continet plura dicta, & ideo non summatur nec dividitur, Joan. Andr. Sed generaliter secundum Abb. hoc intendit. Clericis prohibentur omnia illa ex quibus sequitur vel sequi potest vitæ amissio vel sanguinis effusio, vel specialiter. Clericus nec dicere, nec proferre sententiam sanguinis debet, nec quidquam aliud exercere per quod ad vindictam sanguinis tendatur, nec purgationi vulgari opem præstare debet. Hoc dicit. Et habet quatuor dicta principalia, quæ per se patent.

In text. hic; *Vindictam sanguinis*. Signatur contrarium, in c. 1. *supra de homicidio*, ubi refertur lex Exodi: *Si quis per industriam occiderit proximum suum & per infidias, ab altari meo elevet eum ut moriatur, igitur Ecclesia exerceat vindictam sanguinis, cum lex illa sit redacta inter Constitutiones Canonicas*. Solutio. Illud cap. varios habet intellectus & verbum *moriatur*, multipliciter exponitur, ut hic dixi à n. 1. usque in fin. & in c. *Cum non ab homine*, à n. 36. usque ad n. 47. *supra de iudic.*

Item signatur contrarium in cap. *Delatori*, *supra qu. ult.* ubi referuntur verba ex capitulo Hadriani transumpta videntur. *Delatori lingua capuletur aut convulso caput amputetur*; & sic Papa dat jura de poena sanguinis contra id, quod

habetur hic, & in cap. *Hi à quibus*, 23. qu. 8. & in cap. 1. & 2. 51. *dist. cum concordant*. Solutio; ut dicit gloss. in d. cap. *Delatori*, in verb. *Lingua*; hic docet Papa quid facere debeat Judex secularis. Sed hoc non placet, quia non est officium Ecclesiasticum instruere potestatem secularem ut insulari poenam mortis vel mutilationis membri quia potius debet efficaciter intercedere, ut citra mortis periculum sententiam moderetur, cap. *Novimus*, *infra de verb. signif.* Unde aliter solvit Joan. Andr. in d. cap. 1. n. 1. in fin. *de homicid.* dicens illud, c. *Primo sicut* & c. *Delatori*. Fuisse inserta in corpore juris, ut sciatur, non ut ferventur. Sed magis placet, quod dicunt Laur. & Archid. in d. cap. *Delatori*; videlicet verba *capuletur* & *amputetur*, esse multatice accipienda, ut plene scripsi in d. cap. 1. n. 4. & *seqq.*

De irregularitate autem, quam contrahunt testes, Judices Officiales, Assesores, Advocati & Jurisperiti, Medici & Chirurghi quomodolibet consilium vel auxilium, aut causam præbentes ad mortem vel membri mutilationem, vide hic plene per DD. & præsertim per Abb. à n. 2. usque in fin. & latius per Marian. Soc. in cap. *Ad audientiam*, à num. 139. *infra de homicid.*



NE CLERICI VEL MONACHI.

Honorius III.

CAPUT X.

Super specula: & infra. Contra religiosos personas (de claustris) exeuntes ad aditum diem leges, vel phisicam, Alexiter prælecefor nober olim statuit in Concilio Turonenn. ut nisi infra duorum mensium spatium ad claustrum redierint, sicut excommunicati ab omnibus evitentur, & in nulli causa (si patrocinium præstare voluerint) audiantur. Reverti autem, in choro, mensa, capitulo & cæteris, ultimi fratrum exsistant, & (nisi forte ex misericordia Sedis Apostolicæ) totius spem promotionis amittant. Verum quia nonnulli ex talibus, propter quorundam opinionones diversas, exultationis aliquid assumbant: nos volentes ut de cætero ipso facto, sententiam excommunicationis incurrant, distinctè præcipiendo mandamus, quatinus tam à Diceclanis & capitulis ipsorum, quam a cæteris Episcopis, in quorum Diceclibus in hujusmodi stent, tales excommunicati, prædictis pænis obnoxii publicè nantientur. Quia verò Theologiæ studium capitimus ampliare, ut dilatato sui territorii loco, funiculos suos faciat longiores, ut sit fides catholica circumcincta muro inexpugnabili bellatorum, quibus resistere valeat ascendentibus ex adverso, ad Archidiaconos, decanos, Plebanos, præpositos, cantores & alios Clericos personatus habentes, necnon Presbteros (nisi ab infra spatium præscriptum delibuerint) hoc extendi volumus (& mandamus) & appellatione postposita firmiter observari.

SUMMARIUM.

- 1 Excommunicatio lata sententia an inducatur per hæc verba, sicut excommunicatus ab omnibus evitetur, usque ad n. 8.
- 2 Dilatio votum jur. non inducit.
- 3 Lex declarata erat intelligenda juxta declarationem Principis, etiam antiquam declarationem emissam.
- 4 Constitutionem implicat esse declaratoriam & non habere locum in præteritum.
- 5 Declaratio Popæ quantum edita in aliquo speciali casu facit sui commune quoad omnes.
- 6 Opiniones probabiliter excusant à poena excommunicationis male intelligentes Constitutionem dubiam.
- 7 Legem canonicam obstantem male intelligere non peccat mortaliter, nisi post declarationem illius obcursum.
- 8 Religiosi qui in claustris audiant leges vel medicinam an sint excommunicati.
- 9 Religiosi potius compert lacrimari, legere & orare quam leges vel medicinam audire.
- 10 Constitutio penalis debet potius restringi quam ampliari.
- 11 Religiosus graviter delinquit attentans illicito extra Monasterium, quàm intra illud.
- 12 Presbiteri & alii hic prohibiti audient leges vel phisicam in propriis domibus an incidant in excommunicationem & num. 17.
- 13 Constitutio prohibens personis Ecclesiasticis audire leges vel medicinam an sit obsoleta vel favorabilis & num. seq. usque ad num. 28.
- 14 Leges dispositivæ locum habent data aliqua ratione identitatis, sed non illius poena.
- 15 Novitius audientes leges vel phisicam non incidant in poenam excommunicationis.
- 16 Parochi non presbiteri qui leges audiant vel medicinam, non ligantur hac Constitutione, nisi Ecclesiæ fuerint plebania sub se capellas habentes in quibus instituantur clerici temporarii.
- 17 Clerici dignitatem vel personatum habentes, aut prohiberi excommunicati aut duo menses à die qua inciderent leges vel medicinam audire.
- 18 Religiosi & alii Ecclesiastici hic prohibiti qui leges vel

- medicinam legunt, seu docent an sint excommunicati & num. seq. usque ad num. 21. & num. 37. usque ad num. 45.
- 19 Sententiam prohibentem discere vel docere cal. & milis est.
- 20 Simonia quomodo dicuntur quia prohibet, qualem sententiam quia simonia.
- 21 Lex debet esse imposta ribus & non verbis.
- 22 Religiosi qui leges vel medicinam audiant extra claustrum non ligantur excommunicatione, sed si extra.
- 23 Clerici seculares prohibiti ligantur ubi audiant.
- 24 Legales materiae qualeslibet in Decretalibus sunt insertæ quorum vice notitia habere potest sine lege iurivota.
- 25 Civilitas sententia est pari divine, & necessaria est in Ecclesia Dei, jultum in temporalibus, & n. 32.
- 26 Postredus Bonaventuræ interpretatur quod irreverenter de Papa locutus fuerit.
- 27 Canonice legales materias difficiles privatis studis assequi non potest.
- 28 Studenti per se ipsum, per se ipsum ignorat.
- 29 Civilitas facultas licet necessaria ad regimen Reipublice: tamen exerceri debet per suos ministros, id est Laicos & Clericos non prohibitos.
- 30 Studium juris civilis ad intelligentiam Canonum Preparatoribus, aut clericis secularibus per se ipsum habentibus vel Presbiteris non prohibetur.
- 31 Leges civiles juris Canonibus ancillantur, ibidem.
- 32 Appellatio appellatio an comprehendatur scientia canonica.
- 33 Religiosi, & alii hic prohibiti non excusantur à poenis hujus Constitutionis, eo quod leges civiles audiant ad intelligentiam Canonum.
- 34 Studentibus juris civilis an debeantur fructus præbendarum in absentia.
- 35 Beneficentis non curantur ordinariis dare licentiam studentibus in publicis Universitate Theologiae, vel juris canonico, si hatur Ecclesiæ parochus, & minores sint triginta annis.
- 36 Studium privatis juris civilis an sit remissum in Camera Ecclesiastica, de quibus in hac Constitutione.

Secundum Abbatem Clerici in Sacris compellendi sunt per Beneficiorum subtrahendum, ut dicitur in Tabellionatus exercitio.

Nota primo hoc capit. contra Venetos secundum Joannem Adrem hic in principio apud quos non est usus Tabellionum, sed Presbiteri conficiunt instrumenta, quod & Host. advertit n. 2. licet Petrus de Anchar. n. 9. nos excuset, dicens hoc duplici de causa introductum. Primo, quia homines sunt Catholici & devoti erga Presbiteros in hujusmodi actibus esseque maximam habent fidem, nec unquam reperta est falsitas in testamentis & actis causarum. Secundo, quia Ecclesia hic communiter sunt pauperes, nihil habentes, nisi oblationes & illas rogatus, quam rationem reddat & Card. in princ. adiciens aliam nempe, quia veneti non utuntur solemnitatibus legum, sed sicut Statuti. Sed certis ita erat illis temporibus, verum postea Decreto Senatibus tempore Principis Grial Clerici interdicti sunt Tabellionatus & facultas conficiendi instrumenta. Unde his temporibus apud Venetos non est Ecclesiastica persona quae hujusmodi Officia exerceat, ut est adnotatum in additionibus ad Cardinalem ubi supra in verbo instrumento.

Licit hoc interdictum Clericis fieri non poterit autoritate seculari vel Ecclesiastica tantum, ut patet hic & in eo quod leg. & notat. in capite Ecclesia Sancta Maria supra de Constit.

Secundo nota hic In Sacris. Exercitium Tabellionatus esse ab Episcopo interdictum Clericis in sacris Ordinibus constitutum, ut hic est casus. An autem hoc vendiderit sibi locum indifferenter in omnibus Clericis in Sacris etiam non beneficiatis & an in Clericis minorum Ordinum, plene dicam infra in 2. q.

Tertio nota hic Interdictum Tabellionem per promotionem ad Clericatum non perdere ipso facto Tabellionatus Officium, ut hic probatur singulariter secundum Abbatem in 1. not. nam si Clericus interdicendum est exercitium Tabellionatus, ergo per superveniendam Clericatus illud non perdidit, sed in habitu, alioquin frustra illa heret interdictio, arg. leg. Decem, ff. de verb. oblig. & cap. ad dissolvendum, infra de desponsat. impuber. & idem dicendum secundum Abbatem n. 2. in Tabellionibus qui Religionem proficiunt, non enim propterea amittunt officium, licet prohibeantur illud exercere, nisi in causa heretici, ut in cap. Ut officium §. Ad conferendas de heretico. lib. 6. Et est simile in tabellionibus, qui effecti sunt Decretionis, vel Advocati, nam per superveniendam dignitatis officium non perdunt, licet ab illo exercitio debent temperare, ut l. Universis C. de Decretion. lib. 10. Verum tamen Mediolani indifferenter ad vocatio illud exercent, ut hic notat gloss. unie. in fine & pro opinione Abbatis adduci possunt Hostiens. Joan. Andr. & alii plures infra citandi n. 36. qui tenent instrumenta confecta a tabellione Clerico etiam post interdictum esse valida.

Hic cum proculdubio sentiant, Clericum non desinere esse tabellionem, alioquin non posset valide instrumenta conficere, si prioris desisset esse tabellio actus & habitus, ut l. Si aliquid C. de suscept. & Anchar. lib. 10. & notat Joan. Andr. in addit. ad Specialat. in tit. de instrum. edit. §. Refut. in addit. incip. Sic significat, & c. Feder. de Sen. conf. 74. Vetus querele n. 3. vers. Et licet sic communiter, Alex. conf. 190. Vetus querele n. 34. lib. 6. Nisi dixeris Notarium etiam privatum ipso jure Notariatus officio antequam per sententiam declararetur privatus, posse rogare instrumenta, & rogata valere, ut notatur in authent. de ratell. ad fin. & respondit Petrus de Anchar. in conf. 287. Iste B. n. 3. vers. Et licet quis ipso jure ad hoc e. Cum secundum de heret. lib. 7 & Clem. final. Et quod hic notatur de evif.

Quero primo quare sit ratio cur Clericis non liceat tabellionatus officium exercere. Host. hic n. 1. & post eum Joan. Andr. n. 7. Butrius n. 6. vers. Rationem autem, & Card. n. 2. multiplicem reddunt rationem.

Prima ratio, quia verendum esset, ne etiam in sacris & crudelibus hoc officio uteretur, sicut innotuit in integra, relata ab Ant. August. in Collect. Decretal. lib. 3. tit. 18. c. 1. Quae ratio militat non tantum in Clericis constitutis in sacris de quibus loquitur haec littera, sed etiam in aliis omnibus, qui desiderant promoveri.

Secundario ratio, quia rebellionis exercitium genus negotiationis est, qua ratione similiter considerata, hac prohibito extenditur ad Clericos etiam in minoribus, dummodum beneficiis Ecclesiasticis sustententur, nec egeant, ut e. 1. de postul. alioquin si egerent, licitum esset eis negotiari, c. 1. supra eod. se proinde etiam tabellionatum exercere, secundum Joan. Andr. loco proxime citato.

Tertia ratio, quia cum tabello ad complura furejurando adstringatur, ut dicam in sequenti questione si usum officii multum frequentet, vix evitabit periculum perjuri, ad hoc cap. Quae admodum supra de iurejur. Et hac ratio similiter

complectitur omnes Clericos indistincte. Quarta ratio, quae itidem respicit omnes Clericos etiam in sacris, quia & lex Imperialis praecipit universis Decretionibus a tabellionatus officio temperare, ut l. Universis C. de Decretion. lib. 10.

Quinta ratio, quia tabello jurat fidelitatem ei a quo constituitur, ut dicitur infra num. 18. & 19. Quam quidem fidelitatem Clericus jurare prohibetur laico, a quo nihil tenet temporale, c. Nisi supra de iurejur. Verum Petrus de Anchar. hic n. 1. vers. Quare glossa, dicit supra scriptas rationes Hostien. non multum urgere, & aliam reddit, videlicet, quia hoc officium est publicum auctoritate, dicitur enim tabello servus publicus, ut cap. 2. juncta glossa in verb. Servo publico de iur. lib. 6. l. Non aliter enim ff. de adopt. l. 1. §. Exigere, cum gloss. in verb. Servus ff. de Magist. convent. hujusmodi autem ministeria sunt Clericis interdicta, ut cap. Sed nec, & c. Clerici sup. eod. Similiter Abb. hic num. 5. affirmat rationes Hostien. necessario non concludentes; & aliquas concludere indifferenter quoad omnes Clericos & etiam laicos. Unde ipse rationem assignat, quia hoc officium est vile & seculari, quod probat Oldrad. conf. 75. Quis possit creare n. 2. Colderm. conf. 2. Sparus Notarius vers. Sed hic non constituitur de suo instrument. plene Angelus conf. 284. Primito ad evidentiam in princip. Clerici autem vacare debent Republicae Ecclesiasticae & spirituali, non autem mundanae, c. Reprehensibile & c. Conventus 23. q. 8. & c. Eor. 20. q. 3. Placet secunda ratio Host. cum qua fere coincidunt rationes Anchar. & Abb. eamque veritatem dicit glossa hic post princ. 16. vers. Vel verior est illa ratio, & simpliciter veram Card. n. 2.

Secundo Quero cum qui constituitur tabello, quae debet jurare. Hostiensis hic n. 4. & post eum Jo. Andr. n. 2. Henric. Boich. n. 3. Butr. eodem n. Cardin. n. 6. & Anchar. num. B. dicitur tabellionem quando constituitur, sex jurare constituisse.

Primo, quod de his, quae videbit & audiet & requisitus fuerit, sine diminutione veritatis & comminatione falsitatis conficiet instrumentum. Unde soler requiri tabello sub poena officii sui, ut conficiat instrumentum requirenti, quod si non fecerit, perjurus videbitur, & sic ejus instrumentis de exercitio fides non adhibebitur, argum. cap. Testimonium supra de testibus. Hanc autem acquisitionem quilibet de populo facere potest, argum. l. 3. ff. de offic. Praef. & c. Relatum, si secundo de testibus, & propterea tabello dicitur servus publicus & publica persona, ut terti supra num. 13. Secundo, quod lecta sibi injuncta celabit. Tertio, quod super utaratio contractu, vel in fraudem futurarum ita scietur nullum conficiat instrumentum. Quarto, quod de omnibus instrumentis quae redder, protocolli tenebit, quod hodie secundum Hostien. hic n. 5. sic est interpretandum de generali consuetudine approbata; & abbreviaturam in cartulario suo ponat. Quercio, quod fideliter erit illi, a quo constituitur, ut si scierit ejus damnum tractari, per se vel nuncium quantumvis poterit, revelabit. Sexto, quod illud officium sic sibi injunctum cupiditate, amore, odio & timore remotis, per omnia secundum bonam conscientiam fideliter exerceat.

Adde tu quod Clem. V. compluribus Archiepiscopis & Episcopis, qui Viennam convenissent ad generale Concilium, concessit indulgentiam creando duos Notarios, eisque prescripsit formulam juramenti, quam habet tom. 1. Conciliorum par. 2. cap. 780. col. 2. quae a supra scripta formula Host. parum discrepat, & fere concordat cum alia, quam ponit Speculator in tit. de instr. edit. §. Refut. n. 37. vers. Sed quare qua forma.

Tertio Quero quibus Clericis interdicitur tabellionatus officium. Pro clariori quaestione solutione duo membra sunt distinguenda. Primum est de Clericis in sacris Ordinibus constitutis, secundum de Clericis Minorum Ordinum.

Circa primum si Clerici in sacris Ordinibus competentem beneficiis Ecclesiasticis, res est extra dubium, quia in ipsi verificentur verba omnia hujus Decretalis hic, In sacris Ordinibus constitutis, & c. nec non haec. Per beneficiarum subtrahitionem; & locum habent rationes omnes ab Hostien. & Doctoribus ut supra ponderatae in prima questione. Unde proculdubio eis non licet tabellionatus officium exercere, & in hoc conveniunt omnes.

Sed si Clerici factorum Ordinum careant competentem beneficio, articulus est valde controversus.

Ad partem negativam, quod non liceat eis hoc officium exercere, inducitur haec Decretalis, quae simpliciter loquitur de Clericis in sacris, nec videtur se restringere ad hoc tantum respectu prohibitionis, sed tantum respectu poenae, ita ut sit sensus, ut tabellionatus officium ab Episcopo interdici debet omnibus clericis factorum Ordinum indistincte, per subtrahitionem vero beneficiorum nominat. beneficia obtinentibus. Item rationes superius consideratae in prima questione

tionem conveniunt clericis etiam non beneficiatis, excepta secunda. Item glossa hic post princ. vers. Vel verior, dicit officium hoc extraneum esse ab officio Clericorum, saltem in Ordine sacro, maxime si competentia beneficia habeant, sentit igitur glossa hoc officium esse extraneum a Clericis factorum Ordinum, etiam non beneficiatis, cum dictio illa implicativa, maxime, designet idem in casu contrario, cap. 1. de renunc. glo. in cap. Ut in verb. Praesertim de praesump. & eodem modo loquitur Butr. hic n. 8. vers. Vel sic; dicens illicitum esse tale officium Clericis in sacris, quia sapit genus negotiationis, maxime si habeat competentem beneficium.

Sed in oppositum facit, quia hoc capitulum quamvis aperte non loquatur de clericis beneficiatis, tamen dum praecipit eis interdici tabellionatus officium per subtrahitionem beneficiorum, supponit eos esse beneficiatos; Ergo a contrario sensu si beneficiati non sint, nec interdiciuntur, nec illius poena locum habebit. Et alratio, quia Clerici etiam in sacris si competentem beneficium non habeant, non prohibentur honestam negotiationem exercere, ut cap. 1. supra eodem, ergo nec eis debet interdici tabellionatus officium; & ita hic firmat Host. n. 1. vers. Secunda ratio, & n. 8. in verb. Subtrahitionem, Joan. Andr. n. 4. in eodem verb. & Abb. n. 8. vers. Mihi placet primum. Quin imo Host. & Joan. Andr. ubi supra, tenent hoc officium non prohiberi Clericis factorum Ordinum praesertim, sed casualiter, si velint beneficia retinere, ita ut sit in optione ipsorum, vel officium exercere beneficium dimittendo, vel retinere beneficium a tabellionatu abstinendo, Simile in c. Quare de stat. & qualis.

Sed hoc dictum non placet Abbati num. 8. vers. Sed secundum dictum, quia cum Clericus in sacris habeat unde vivat, non debet habere opinionem dimittendi beneficium, vel tabellionatum, sed praesertim quod debet vivere clericaliter, ex quo est in sacris, arg. cap. 1. & c. Clerici, supra eodem. Et ad hoc capitulum respondet, hic fuisse dictum de beneficiorum subtrahitione in panam clericorum, quia non videbatur veritabile, ut plus appeteret tabellionatum, quam beneficium saltem sufficienti, unde non debet eis dari optio; arg. eorum, quod notatur in c. Si diligenti, de foro compet. ubi est bonus textus in simili secundum Abb.

Ego arbitror in hoc articulo non esse faciendam vim an Clericus in sacris habeat competentem beneficium, sed tantummodo an habeat unde congrui possit sustentari sive ex beneficio, sive ex patrimonio, nam & possit commodè vivere de bonis patrimonialibus, utique non liceret ei negotiari, ac proinde nec tabellionatus officium exercere, quod genus negotiationis est; & cum hoc procedat in clericis minorum Ordinum, ut prohibetur infra in secundo membro, utique nulli magis locum habet in clericis in sacris, arg. hujus cap.

Non obstat haec Decretalis, quia factor clericis beneficium non obtinentibus non posse interdici hoc officium per subtrahitionem beneficiorum, poterit tamen interdici per alias poenas, quae a sacris Canonibus, & generalibus Conciliis adversus clericos negotiatores statuta sunt, ad hoc Concilium Trident. cap. 1. sess. 22.

Circa secundum, videlicet de Clericis minorum Ordinum, Innoc. hic ponderans verba textus, quae praecipunt tabellionatus officium interdici Clericis in sacris, arguendo a contrario sensu, dicit locus non in sacris; & ita tenet indistincte hoc officium non esse prohibendum Clericis minorum Ordinum quantumcumque sint beneficiati; & cum Innoc. conveniunt Joan. Andr. n. 1. in verb. Sacris; Butr. eod. num. vers. Quod de clericis, & Anchar. in 1. notab.

Sed Host. n. 1. vers. Et ex his patet, tenet idem juris esse in Clericis minorum Ordinum, dummodo sint competentes beneficiati, ad hoc e. 1. supra de postul. ubi Clericis minorum Ordinum beneficium prohibetur officium postulandi; & ita secundum Host. hic vacat argumentum a contrario, simile in l. Conventiculum, C. de Evic. & Cleric. n. 7. qui ad hoc capitulum respondet, factorum Ordines hic accipi large pro omnibus ordinibus, qui indubitanter sunt sacri, ut not. in Summa 32. dist. Sed certe hinc expolitio repugnat integra, quae exprimitur de Subdiaconis, Diaconis & Sacerdotibus; & hoc loquitur Clericos in sacris ordinibus constitutos. Idem firmat Summa Pisanella in verb. Tabellio num. 1. Albert. Trotius de vero & perfido clerico lib. 2. c. 54. n. 9. inter tractatus communis vol. 2. fol. 255.

Ego vero, ut teneo supra in primo membro n. 25. existimo hanc prohibitionem extendi ad omnes Clericos etiam minorum Ordinum, dummodo ex beneficio, vel patrimonio habeant unde commodè vivere possint. Moveor primo per textum in c. ut officium §. ad conferendas, de heretico lib. 6. ubi indulgetur Clericis etiam in sacris, ut in causa heretici, possint tabellionatus officium exercere. Pondera illam dictionem implicativam, etiam, quae ostendit hujusmodi indulgentiam fuisse concessam etiam Clericis minorum Ordinum; ergo circumscripto indulto, id est est prohibendum, alioquin frustrum

tratorium fuisset concedere quod eis erat periculum a jure, argum. cap. Abbate de verb. signif. & cap. In his de privill. Item si speciale est favore fidei, ut Clerici in minoribus possint uti tabellionatu, ergo in aliis non possunt, prout arguit gloss. in d. §. Ad conferendas, in verb. praesertim, ad item text. in extravag. Debet circa fin. de Offic. Ordinar. ubi conceditur, ut in visitatione Cathedralium adhiberi possit Notarius clericus. Deinde moveor, quia hoc officium est publicum, & faculare & vile; & sapit negotiationem, ut dixi supra num. 13. & seq. & n. 23. ergo censoi debet interdici omnibus Clericis indistincte, c. Eos 20. q. 3. quia nemo militat Deo, & c. Reprehensibile 23. q. 8. cum concord. & quamvis necessitate cogente liceat eis exercere honestam negotiationem, cap. 1. supra eod. tamen hac ratio necessitate cessat quando congruum habent sustentationem, sive ex beneficio, sive ex patrimonio, ad hoc bon. textus in c. Episcopus supra de praeb. hic, Nisi talis ordinatus de sua, vel paterna hereditate subsidium vita possit habere, quod enim pro necessitate conceditur eadem cessante, utique cessare debet, c. Quod pro necessitate 1. qn. 1. & hoc tenet Host. hic n. 1. vers. Secunda ratio, dum ait, exercitium tabellionatus, cum sit genus negotiationis, interdici debet omnibus Clericis etiam in minoribus, dummodo beneficiis Ecclesiasticis sustententur, nec egeant; ergo secundum Host. qui non egeat, sed ex patrimonio sustententur, minime possunt hoc officium exercere; quod etiam intellexit glossa hic, dum dixit hoc officium esse extraneum a Clericis, maxime beneficiatis, quall dicit idem juris esse illis, qui non ex beneficio, sed ex patrimonio vivunt; hoc idem censuit Archid. in c. Multorum n. 1. 27. q. 2. dum ait officium tabellionatus quamvis sit publicum, satis tamen esse congruum Clericis, ut ex eo sibi possint acquirere necessaria, c. Clericus 91. dist. & cum sequitur Butr. hic n. 5. quibus addo Joannem in l. 1. §. Hujus studii n. 8. in 7. limit. ff. de just. & jure, ubi limitat conclusionem, quod Presbiteri & Clerici non possint esse tabelliones, ut procedat quando aliunde habent unde vivant; & sic non restringit se ad beneficium, imò paulo infra expressit ait, hoc habet locum, etiam non habent aliud beneficium Ecclesiasticum. & alios addicit. Non obstat hoc capitulum, quod dum loquitur de Clericis in sacris & beneficiis obtinentibus, a contrario sensu videtur secus intellexisse de Clericis in minoribus non habentibus beneficia, secundum Innoc. & Joan. Andr.

Nam respondeo hanc prohibitionem fuisse factam Clericis in sacris, quia ipsi tantum in civitate illa exercebant officium tabellionatus, ut patet ex integra, hic, Presbiteri & Diaconos & Saldiaconos, quos ibidem invenit passim tabellionatus officium exercentes; idque eo eam fore rationem, quia solis Clericis in sacris populi habebant hanc fidem sicut Venetis hanc ob causam soli Presbiteri olim rogabant instrumenta, ut dixi supra in 1. notab. & quia Clerici ad factos ordines sine competenti titulo beneficii non promoventur, c. Cum secundum supra de praeb. propterea Papa suppositus non esse competentem beneficiatos, eisque justit interdici tabellionatus officium per privationem beneficiorum. De Clericis autem minorum Ordinum nihil cavet, quia talis abusus quoad ipsos hic non vigebat ob memoratam rationem; unde non sequitur, ut prohibendo de Clericis in sacris & beneficiis habentibus, contrarium intellexerit de Clericis in minoribus non beneficiatis; sed tantum scriptum, ut hic casus tanquam omnibus remaneat in dispositione antiquorum Canonum, secundum quos nulli clericorum non egerim licebat negotiationem exercere, ut supra dixi, & ita verum est quod ait Host. hic vacare argumentum a contrario sensu, etenim hoc argumentum non sumitur quando illius contrarium reperitur in jure expressum, ut notat Joan. Andr. in c. Publicato num. 118. supra de elect. quod diligenter nota, quia Doctores nostri non attingunt.

Extenditur conclusio superius firmata, ut locum habeat etiam in regularibus, qui dum essent in seculo, tabellionatus officium habuerunt; nam nec eis licet illud exercere, tum quia rationes supra ponderatae in 1. quest. in Clericis secularibus aeque militat in regularibus, tum quia speciale est favore fidei, ut Monachus, qui in seculo erat tabellio, possit in causa heretici hoc officium exercere, c. Ut officium §. Ad conferendas de heretico lib. 6. ergo in aliis casibus tabellio factus Monachus non potest hoc officio uti; ad hoc extravag. Debet circa medium vers. Quos quidem monachos de offic. Ordinar. & ita firmat gloss. in §. Ad conferendas, in verb. Praesertim, Joan. Andr. hic n. 4. Butr. num. 5. Henric. Boich. n. 3. Cardin. n. 1. in 1. oppos. Calder. conf. 289. An Abbas possit alias 2. n. 2. vers. Ad hoc etiam induco de magist. Alex. conf. 132. similibus n. 2. vers. Hac probantur lib. 7. Albert. Trot. de vero & perfido clerico lib. 2. c. 54. n. 9. & ita S. Congregatio Cardinalium Concilii Trid. Interpretum declaravit, Regulares non posse exercere officium tabellionatus.

Ut postea hac decisione Prior Monasterii de Thomar. Ord. 17

hic considerata non equè viget in legentibus, atque in audientibus, tam cum Religiosis prohibetur auctus legum, non potest contingere hic casus ut re, etatur aliquis idoneus ad illas docendas, nisi ante ingressum Religiosis illas audierit in saculo; oportet ergo ut, rovetus aliquis Iustitia ingrediatur religionem, illique profiteatur, & tunc Jus Civile aliis legat seu doceat, qui casus est admodum rarus, arg. c. Venerabilis, §. penult. cum gloss. in verb. Si emittis, supra, de proben. nec impedit ampliationem studii Theologie, unde ad illum non consetur conditor canonis respicere, nam jura non constituantur ex iis que uno aliquo casu accidere possunt, l. Jura & l. Ex iis, ff. de legib.

At si pateret via cuiuslibet Religioso exeurdi ad leges audiendas hic casus posset multum frequenter contingere, unde illum potius Concilium Turonense videtur fuisse contemplatum, arg. l. Nam ad ea & l. Nam ut ait, ff. eod. quod si Religiosi non prohibentur alios docere hujusmodi facultates, ut probatum est supra, non obitante quod littera d. cap. Non magister, loquatur de legentibus, multo minus prohibentur Clerici seculares, de quibus hic, cum hæc littera expressè loquatur de audientibus tantum.

Secundo principaliter. Quæro, an Religiosi exeuntes de claustris ad audiendas leges vel plicam sint ipso facto excommunicati, an verò post lapsum duorum mensium.

Innocentius in cap. Non magister, supra eodem, tenet Religiosos sic exeuntes incidere ipso facto in excommunicationem, & huic opinioni adhæret hic host. n. 1. verj. Sed hæc plosa: movetur quia duorum mensium spatium datur hic secularibus tantum, ut in fine textus; at verò Religiosi sine ulla temporis pmissione sunt ipso facto excommunicati ut innuit littera hic, Nos volentes, ut de cætero ipso facto sententiam excommunicationis incurrant; ponderando illa verba, ipso facto, id est non expectatis duobus mensibus præxist in Canone Concilii Turonensis, sed illico cum primum exeunt vel ut inquit Butr. cum incipiunt scias ascendere; & in hoc secundum Host. hæc decretalis continet jus novum; propterea enim dicit, Volentes ut de cætero.

Verum Innoc. hic tenet contrarium ejus, quod sententia in

d. cap. Non magister, videlicet Religiosos non ligari, nisi post lapsum duorum mensium, & fuit opinio Vincentii, & Goffredi, quam sequitur Joan. Andr. hic num. 3. tum quia cum in dicto cap. Non magister, datur Religiosis hoc spatium duorum mensium, hæc interpretatio vitatur correctio illius textus, cap. Cui expediat, de elect. in 6. l. Practicus in fine Cod. de appellat. tum quia non est jus diversum in Religiosis; imò omnia de eis disposita quoad hunc casum extenduntur ad Clericos seculares.

Et tenendo hæc opinionem que communis & verior videtur non obstat verbi illa, Volumus, ut de cætero, nam responsio patet ex dictis supra n. 6. & hæc partem sequitur hic Abb. Antiq. dicens eam huc anteriorem; Cardin. num. 2. Anchar. n. 6. & Abb. Sicul. n. 8. Hoc autem spatium duorum mensium in Religiosis computatur à die exitus è Monasterio, in secularibus autem à die quo inciperint leges vel medicinam audire, ut aliis relictis & reprobatu contrariis opinionibus concludit Abb. eod. n. 8.

Successivè. Quæro quid si tantum de duobus mensibus 47 effluxerit, ut certum sit Religiosos infra præxistum tempus ad claustrum redire non posse, numquid statim ligantur.

Contra ipsos facit, quia si infra certum tempus promissit mihi opus perficere & tantum temporis fluxit, ut certum sit opus impleri non posse, protinus agere possum ex stipulatu, l. Hoc jure, ff. de verbob. obligat. sed contrarium determinat hic Goffred. & Vincent. & post eos Abb. Antiquum, 3. Host. num. 1. in verb. Redierit, Butr. n. 8. in 3. qu. Cardin. n. 6. in fine, moventur tum per textum in e. Commissa in princ. de elect. lib. 6. qui optime hoc probat; tum quia expectandus est totius temporis lapsus quasi in diem tota obligatio sit collata, l. In illa, ff. de verb. obligat. & l. Ita stipulatus, & l. Infulam, lapsis tamen duobus mensibus remanebunt ligati Constitutione, etiam ante lapsum eos penituerit, quia imputandum est eis quod exierint & se arctaverunt, arg. l. 2. §. Si quis tamen, ff. Si quis caution. c. Consuluit, §. 1. supr. de offic. Deleg. cum suis concord.

Finis tertii Libri Decretalium.



RUBRICÆ ET CAPITULA HUJUS TERTII LIBRI DECRETALIIUM.

De Baptismo & ejus effectu	pag. 555	De Cohabitatione Clericorum & mth- lierum.	5
Majores.	558	Quæsitum.	16
Si quis puerum.	555	Vestra.	5
De Capellis Monachorum & aliorum Religiosorum.	469	De Concessione Præbendæ & Ecclesiæ non vacantis.	173
Ex parte.	473	Litteras.	183
In Ecclesiis.	469	Nulla.	173
De Celebratione Missarum, & Sacramento Eucharistiæ & Divinis Officiis.	538	Postulatis.	188
Cum Creatura.	552	Quia diversitatem.	180
Cum Marthæ, §. Quæsitum.	545	De Consecratione Ecclesiæ vel Altaris.	534
Dolentes.	546	Qua.	534
Presbiter.	538	De Conversione Conjugatorum	402
Quidam.	542	Conjugatus.	415
De Censibus, exactionibus & procura- tionibus.	506	Cum sis.	407
Autoritate.	521	Ex parte.	422
Autoritate scil. Deceptio de gran- gins.	524	Ex publico.	418
Cum Venerabilis.	513	Prætereâ.	402
Licet.	506	Verum.	405
Olim.	510	De Decimis, Primitiis & Oblatio- nibus.	294
Procuraciones.	514	Cum contingat.	297
Venerabili.	518	Cum in tua.	302
De Clericis conjugatis.	20	In aliquibus.	303
Joannes.	20	Nuper.	305
De Clericis non residentibus in Ecclesia, vel præbenda.	21	Quoniam.	294
Ad audientiam.	53	Prudentes.	230
Clericos.	58	De Ecclesiis ædificandis, vel reparan- dis.	585
Conquerente.	29	Ad audientiam, il primo.	585
Cum ad hoc.	56	De Feudis.	215
De cætero.	32	Ex parte,	218
Ex gestis.	21	Insinuacione.	215
Ex parte.	35	De his, quæ sunt à majori parte Capi- tuli.	207
Ex tuæ.	48	Cum in cunctis.	207
Qualiter.	43	De his, quæ sunt à Prælati sine consen- su Capituli	197
Quia nonnulli.	24	Cum Apostolica.	197
Relatum.	26	Et si membra.	204
Tuæ.	51	Pastoralis.	199
De Clerico ægrotante, vel debilitato.	145	De Immunitate Ecclesiarum, Cæmeterii & rerum ad eas pertinentium.	591
Consultationibus.	153	Ecclesiæ.	607
Cum percussio.	145		
De Rectoribus.	147		
Ex parte.	151		

Immunitatem.	610	<i>De rebus Ecclesie non alienandis.</i>	209
Inter alia.	599	A d nostram.	213
Non minus.	593	Nulli.	209
Peruenit.	591	<i>De Regularibus & transeuntibus ad Religionem.</i>	309
<i>De Institutionibus.</i>	160	A d Apostolicam.	357
C um venissent.	169	Ad nostram.	329
Ex frequentibus.	168	Consulti.	373
Non amplius.	160	Cum simus.	355
<i>De Jure Patronatus.</i>	477	Cum virum.	343
C onsultationibus.	489	Ex parte.	380
Cum autem.	491	Licet.	367
Cum propter.	497	Ne Religiosi.	389
Ex litteris.	484	Non est vobis.	326
Nobis.	494	Nullus.	309
Perlatum.	477	Portectum.	349
Postulasti.	504	Sanè.	333
Quoniam.	479	Sicut nobis.	363
<i>De locato & conducto.</i>	213	Significatum.	337
P otuit.	213	Si quis.	313
<i>Ne Clerici vel Monachi secularibus negotiis se immisceant.</i>	613	Statuimus.	383
M ulta.	613	Vidua.	322
Non magnoperè.	620	Ut Clerici.	322
Relatum.	624	<i>De Religiosis Domibus, ut Episcopo sint subiecta.</i>	455
Secundum.	622	A d hæc.	458
Sententiam.	640	Constitutus.	465
Sicut te.	635	Cum dilectus.	466
Super specula.	641	De Xenodochiis.	455
<i>Ne Sede vacante aliquid innovetur.</i>	191	Inter quatuor.	464
I lla.	194	<i>De Reliquiis & Veneratione Sanctorum.</i>	567
Novit.	191	A udivimus.	567
<i>De Observatione Sejuniorum.</i>	576	Cum ex eo.	573
C onsilium.	576	<i>De Sepulchris.</i>	273
Explicari.	581	F raternitatem.	273
<i>De Parochiis & alienis Parochianis.</i>	284	<i>De Solutionibus.</i>	221
N ullus.	286	A d hoc.	221
Si Episcopus.	284	Odoardus.	224
Significavit.	290	<i>De Statu Monachorum & Canonico-regularium.</i>	426
<i>De Peculio Clericorum.</i>	232	C um ad Monasterium.	445
S i quis sanè.	232	In singulis.	452
<i>De Præbendis & Dignitatibus.</i>	61	Monachi.	426
A d hæc.	78	Quod Dei timorem.	442
Cum jam dudum.	88	Recolentes.	436
Cum secundum.	83	<i>De Successionibus ab intestato.</i>	271
De multa.	109	C um dilectus.	271
Dilecto.	104	<i>De Testamentis & ultimis voluntatibus.</i>	239
Dilectus, il primò.	95	C um esses.	250
Dilectus, il tecondò.	106	Joannes.	269
Episcopus.	64	Nos quidem.	244
Exposuisti.	135	Quia ingredientibus.	239
Extirpandæ.	117	Relatum.	262
Extirpandæ, §. Qui verd.	119	Tua nobis.	264
Grave.	115	<i>De Vita & Honestate Clericorum.</i>	1
Licet.	124	A crapula.	1
Nisi essent.	98	<i>De Voto & Voti redemptione.</i>	425
Non liceat.	61	Litteraturam.	425
Præterea.	82	Quod super his.	425
Quia in tantum.	69		
Referente.	72		
Significatum.	74		
Super inordinata.	140		
<i>De Presbitero non baptizato.</i>	567		
V eniens.	567		

FINIS.

PROSPERI
FAGNANI
JUS CANONICUM,
SIVE
COMMENTARIA
IN QUARTUM LIBRUM
DECRETALIUM.

CUM DISCEPTATIONE DE GRANGIIS.

(Accedo)



COLONIE ALLOBROGUM,
Sumptibus FRATRUM DE TOURNES.

M. DCC. LIX.